



OBSCVRI VIRI

Epistole Obscurorū virorū ad Magistrū Ortūnū
Bratiū Dauentriensem Colonie latinas litteras pro
fitentē nō illę qđē veteres et prius r̄is̄e: sed et nouę et illis priorib⁹
Elegantia argutis lepore ac venustate longe superiores.

Ad Lectorem.

Risum Heraclit⁹ est: vasti ridere parati
Arida mutarū pectora Stoicid⁹
Da mihi tristem animū: serales obſc̄e luctus
Dispeream n̄isi mox omnia Risus erunt.
Exerce pulmonem.

Volumen tantum mede
posteriorius.
cuius est prima editio.

32.

¶ *Ioannes Lucibularius**Stephano Calvastrio .S. D.*

Miserrime nobiscum aguntur omnia. multiplicasti gentem, sed non letitiam, obsunt nobis illi [si rite rem ipsam pertrectare voluerimus] et s¹⁵ prosunt nihil. Non vult habere Capnion impudentes sycophantas [sui defensores. Quid multa? Ipse receptui canere iampridem destinavi et meliorem agere virum. Valeant ludiones, lurchones, comedones, ventres, bibesii, cenipetē, flagricibē, prēdones, columniatores, parasiti, gnatones, flagriones, bucedē, plagipatidē, furciferi, catilones, et id genus obscurorum omne]. Te igitur [illi omnes] dilanient, strangulent, obstringent, obliterent, et culter et venenum et incantatio vitam tuam, quē est mors, acerbe finiant. Vale cum tuis ut potes. Moguntie ex domo nostri impressoris, penas suę temeritatis proculdubio daturi.

33.

¶ *Pultronus Murcida**Titivillo Corniculario .S.*

Non possum non dolere, non lachrymari, non mestus esse, ita nos excruciant viri boni et sapientes. de illis dumtaxat loquor, qui non sunt de nostro obscurorum grege. Et ideo de grege non ausim quicquam deponere tecum.

Cij. Simplex plebecula, pueri quoque et mulieres, publico | nos odio insequuntur. Clamitant enim in plateis 'huc huc veniunt obscuri Reuchliniste, non minus deo quam hominibus odibiles'. Iacunt deinde in nos stercora. Quid multis? Canes nobis omnibus ultro non irritati adlatrant: nigris enim ²⁰ utimur larvis: nec id solum canes agunt, verum et viles caligas nostras et detrita vestimenta dilaniant. Vale Ex cella vinaria, ubi nobis dantur deorum responsa [et poetarum fabulę a Baccho exponuntur].

34.

¶ *Titivillus**Pultrono .S. P. D.*

Animam ago, mi charissime Murcida. Utinam essem cum Anchisiade in Elysiis campis, et hec tam infelia non audirem. Proh deum atque hominum fidem! quid hoc est si contumelia non est, aut potius dei plaga? Quę tu scribis, intolerabilia mihi videntur. Gratias [etiam] ³⁵

⁴⁵ Isai. IX. 2.^{12.14} nostri impr.] Leonis Schaeferi.²¹ Verg. ecl. 3, 32.

Capnion nobis agit nullas, quin potius Obscuris omnibus maledicit. Alii prētereā nos sycophantas, alii noctis filios, alii nebulones, alii humanas bestias, alii monstrosa mancipia, alii canes rabidos, nonnulli hereticos, blasphemos et fetidissimam convitiorum sentinam appellant. Addunt quoque, nos solos obscuros cum Dathan et Abyron merito a terra absorbens. Vale ex Argentina. et te his oblecta felicitatibus.

35.

¶ *Gerhardus Schirruglius**Ioanni Wickelphio .S. P. D.*

*10 Mali sunt homines qui dicunt nobis male. quamvis enim neque deum timeamus neque homines, aliosque indigne leserimus, nihil tamen est quod contumelias perpetiamur. bellum hoc et lepidum. Verum hec alias. Grave mihi semper atque anceps dubium fuit, quare Colonienses theologi plus ceteris per Alemaniam florentibus superioristarum [ut sic dicam] er-
15 rores corripere nitantur, et in Suevum indignari, hominem nobis summa coniunctum necessitudine. Vale feliciter et cras responde. Ex Ander-
nako [inter calices et pocula]. ||*

36.

¶ *Wickelphius**suo Schirruglio .S. P. D.*

*Non possum tibi Gordii nodum absque dolore interno et horrissonis ululatibus dissolvere. Nisi doctor essem in omnibus scientiis mundi, itemque si neque in Bohemia neque in Narragonia fuisse, ad tam difficultem ac plane tortuosam dubitationem respondere tibi nequaquam possem.
25 Audivi nuper in ecclesia a quodam theologo, ad populum dei verbum habente, reverendum Inquisitorem Iacobum Hoechstraten tres sibi a sede apostolica archiepiscopatus commissos habere, Coloniensem, Moguntinam et Trevirensim, ut quę mala sunt, ab ecclesia dei quamprimum revelat. Adiecit quoque Sextum Papam quartum singulari quadam commis-
30 sione per totam Alemaniam heresum extirpandarum munus theologis Coloniensibus commisso. Quod ut luce clarius intueare, brevius illius exemplar tibi per Liripidianum nostrum transmitto, ut immodice tecum la-
menteris. Vale ex Madepurck, et penitentiam age quamprimum potes. |*

⁶ Pro et ... felicitatibus in 2. est: pdie kalendas Louis.²⁹ sunt 1. ibi compererit. 2.